Astr. P. 40
259

4 Astr. P. 259

Astr. P.
259

Coll. P. e S. G.

m

Math.

Astron. ... de Mercurio

pp. 792.

4° Astr. P. 259

INVESTIGATIO NOVA

ORBITAE A MERCURIO

CIRCA SOLEM DESCRIPTAE

ACCEDUNT

TABULAE PLANETAE

EX

ELEMENTIS RECENS REPERTIS

ET

THEORIA GRAVITATIS

ILLUSTR. DE LAPLACE

CONSTRUCTAE

AUCTORE

BERNHARDO DE LINDENAU.

GOTHAE,

IN LIBRARIA BECKERIANA

MDCCCXIII.

66

Bayerische
Staatsbibliothek
München

INVESTIGATIO NOVA
ORBITAE A MERCURIO
CIRCA SOLEM DESCRIPTAE.

Quamquam inde a superiore saeculo medio astronomorum plures in primis Lalande, Oriani, Triesnecker, Wurm, Delambre, &c. &c. de orbitae Mercurii theoria praeclare sunt promeriti: tamen nova hujusce rei tractatio, duplici de causa, auctis quae ad hanc indagationem facere possunt auxiliis, scientiae commodis inservire videbatur. Etenim in omnibus disquisitionibus prioribus fere semper non nisi observati Mercurii transitus ad orbitam definiendam fuerant adhibiti, perturbationum aequationibus, quas postea Oriani et Laplace penitus excusserant plerumque neglectis. Atqui licet non possit dubitari, loca Mercurii heliocentrica, e transitibus derivanda, praecipuum cujuslibet theoriae Mercurii fundamentum esse debere: tamen bonarum observationum geocentricarum usus huic rei eo accommodatior est, quum omnes illi transitus in duobus tantum orbitae punctis locum habeant, atque propterea minore cum perspicuitate et securitate totam ellipsin determinare possint. Quod si hanc ob causam elementorum Mercurii quae adessent, emendatio cum aliqua similitudine veri exspectari posset: nova theoriae Mercurii tractatio, quae perturbationum theoriam, ab ill. Laplace propositam, adhiberet, aliam promittebat utilitatem theoreticam, quae nos in primis ad hoc negotium suscipiendum invitavit. Namque satis constat inter astronomos, quam incerta etiam nunc sint praecepta, quibus in definiendis planetarum satellitibus carentium, massis utimur; omissa conclusionum analogicarum futilitate, aliam ac meliorem in hac re me-

thodum, quam comparationem perturbationum observatarum, cum iis, quas theoria exhibet, non adhibendam esse, nullus est qui dubitet. Quamvis jam hoc modo Veneris Martisque massa fuerit definita: tamen optabile est, has determinationes confirmari, quum in hujusmodi quaestionibus ea requiritur observationum diligentia et cura, quae in singulis imaginaria foret, atque magno tantum earum numero congesto effici possit. Praecipue autem in toto astronomiae systemate accurata massae Veneris, cognitio maximi momenti est quum ex hac in primis pendeat saecularis obliquitatis deminutio. In Mechanica coel. LAPLACE illam ponit $= \frac{1}{383137}$; ex Solis autem observationibus clar. DELAMBRE pro hac quantitate invenit correctionis coefficientem $= 1{,}0743$, dum contra obliquitatis deminutio, per proximos L. annos observata, factorem unitate minorem postulare videbatur. Nuperrime tamen ill. LAPLACE monuit, hanc paullo minorem saecularem obliquitatis deminutionem, ex observationibus saeculi praeteriti emergentem, a periodica quadam, sed adhuc incognita aequatione proficisci posse.

Jam vero Mercurii theoria plura offert adjumenta, novas hujus rei determinationes exquirendi quum Veneris massa praecipue, adeoque propemodum sola, Mercurii motum, alioquin tantum non mere ellipticum, perturbet. Quo circa disquisitionis meae consilium statim ab initio haec duo maxime amplectebatur:

1. *Determinationem massae Veneris e periodicis atque saecularibus elementorum Mercurii variationibus, per observationes datis.*

2. *Determinationem orbitae Mercurii heliocentricae, in qua differentia locorum et observatorum et ex elementis deductorum, minima est.*

Jam quatenus isti consilio satisfacere mihi contigerit, astronomi ex iis, quae hic oblaturus sum, judicare poterunt.

Elementa, de quorum correctione indaganda hic agitur, haec erant;

Epocha long. med. ☿ 1750 sub merid. Seeberg.							8^S	13°	5′	24,″0 sec. TRIESNECKER
Aphelium	1750	. . . . .					8	13	33	29, 0 —
Excentricitas . . .	1800	. . . . .					0,2056528			—
Motus medius annuus ☿	. . . . .						1^S	23°	43′	3,″5 —
Nodus 1750	. . . . .						1	15	20	43, 0 sec. LALANDE
Inclinatio 1800	. . . . .							7°	0′	0′ —
Variatio annua aphelii	. . . . .						+	55,″74		sec. LAPLACE
– –	Nodi	. . . . .					+	42, 54		—
– –	Excentricitatis	. . . . .					+	0,″00684		—
– –	Inclinationis	. . . . .					+	0, 1722		—

Novae disquisitionis finis indagendae rei viam indicabat. Primo omnes Mercurii transitus, inde ab anno 1631 observati, denuo reducti et discussi, atque duplici consilio a me accommodati sunt, postquam praeliminaris observatorum Mercurii locorum heliocentricorum comparatio cum elementis modo commemoratis ostenderat, omnes, quae fieri possent, emendationes exiguo minutarum secundarum numero includi debere. Quo quidem modo nonnulla, quae in disquisitionibus postea institutis supposueramus, confirmata sunt atque stabilita. Prima, in qua hi transitus adhibebantur, investigatio eo spectabat, ut nodus et annua ejus variatio determinaretur; unde prima correctionis assumtae Veneris massae aequatio consecuta est. Ad quod negotium ii tantum adhiberi poterant transitus, in quibus observationis modus accuratam latitudinis geocentricae determinationem concedebat.

Dein quod omnes Mercurii transitus in eodem nodo, proxime in iisdem orbitae punctis, locum haberent ac necessario habere debeant, fieri potuit, ut ex his, sine absoluta epochae, aphelii et excentricitatis cognitione, accurata determinatio motus medii annuaeque variationis aphelii constitueretur, quum illa transituum Mercurii proprietas efficiat, ut duarum longitudinum heliocentricarum differentia maxima ex parte, non nisi functio horum amborum elementorum sit. Aphelii motus hinc deductus, et cum illo quem theoria docet comparatus, alteram suppeditabat aequationem ad determinandam Veneris massam, Elementa elliptica ipsa, *motus medius*, *aphelium*, *epocha*, *excentricitas et correctionis factor* pro assumta Veneris massa, partim ex locis heliocentricis, per transitus datis, partim ex centum geocentricis Mercurii longitudinibus petebantur. Aequationes conditionis inde deductae, et per methodum minimorum quadratorum tractatae, incognitarum valores praebuerunt, unde et tertia ad massae Veneris determinationem aequatio inserviens innotuit.

Cum elementis his emendatis atque iis, quae in limine pro inclinatione et nodo assumsimus, pro epochis geocentricarum observationum latitudines heliocentricae computabantur, observatae geocentricae cum radio elementorum ad heliocentricas reducebantur et ex ambarum differentia aequationes conditionis ad accuratam inclinationis et nodi indagationem exquirebantur. Vana autem fuit spes quam initio conceperam, ex determinatione inclinationis orbitae Mercurii, pro epocha remotiori, quartam assequi aequationem ad stabiliendam Veneris massam idoneam, cum omnino observationes inveniri non possent, huic consilio inserviturae.

Ab initio decreveram, ad determinandas saeculares elementorum Mercurii variationes, illas Mercurii observationes adhibere, quae extant in PTOLEMAEI

Almagesto. Verum enim vero valores inde deductae nimis inter se discrepabant, quam ut iis cum fiducia quadam niti liceret. Cujus discussionis eventum fortasse alio loco exponemus.

Praemissis, quae generaliter de negotio suscepto dicenda erant, restat ut de singulis disquisitionis partibus fusius edisseram. Ac totum quidem quatuor sectionibus absolvitur, quarum unaquaeque partem successivae determinationis verisimillimorum Mercurii elementorum continet.

I. *Determinatio inclinationis, nodi, et hujus annuae variationis ex observatis Mercurii transitibus.*

Quilibet observatus Mercurii transitus heliocentricum praebet Mercurii locum, qui parum distat a sectione orbitae planetae cum ecliptica. Distantia planetae a nodo mutua utriusque orbitae inclinatione et heliocentrica planetae latitudine definitur. Ex qua distantia data statim sequitur nodi longitudo. Sit heliocentrica Mercurii longitudo $= \lambda$, K supposita nodi longitudo, dK hujus correctio, D distantia planetae in ecliptica a nodo: quilibet Mercurii transitus dat aequationem

$$d - D - K - dK = 0;$$

adeoque nunc id modo agendum est, ut definiatur, quatenus incertitudo elementorum, ad computationem ipsius D necessariorum, hujus valorem mutare queat.

Sit, β, b latitudo heliocentrica et geocentrica Mercurii, i inclinatio orbitae, Δ, r distantiae curtatae ☿ a ☉ et ♁, erit

$$\sin D = \frac{\operatorname{tang} \beta}{\operatorname{tang} i};$$

$$dD = d\beta \frac{\operatorname{tang} D}{\sin \beta} - di \operatorname{tang} D \operatorname{cotg} i; \qquad \text{(I.)}$$

$$\operatorname{tang} \beta = \frac{\Delta}{r} \operatorname{tang} b$$

in transitibus adhibere potest aequatio

$$\operatorname{tang} \beta = \frac{1 - r}{r} \operatorname{tang} b$$

inde

$$d\beta = - dr \frac{\operatorname{tang} b \cos^2 \beta}{r^2} + db \frac{(1-r) \cos^2 \beta}{r \cos^2 b}; \qquad \text{(II.)}$$

Planetae ingressibus et egressibus observatis in disco solis, vel mensuratis Mercurii distantiis a Solis marginibus, db seu correctio latitudinis geocentricae ex elementis petitae directe ex ipsis observationibus elicitur, sic ut db tanquam incognita non sit spectanda. Cum vero coefficiens ipsius db in (II) in transitibus

nodi ascendentis > 2, et coefficiens $d\beta$ in (I) > 8, ita ut error unius minutae secundae in geocentrica planetae latitudine distantiam a nodo 16 — 17″ viciosam reddere queat, apparet inde, ad disquisitionem, de qua jam sermo est, tales modo transitus necessario adhibendos esse ex quorum observatione errorem latitudinis tabularis accurate determinare licet. Quatenus autem D mutatur per dr, hac ratione potest intelligi. In transitibus valor maximus ipsius $b = 16'$, pro quo fit $d\beta = 8000'' dr$; dr in partibus radii expresso. Ut vero sit $d\beta = 1''$, esse deberet $dr = 0{,}00012$; jam habebitur, (a = semiaxi majori, M = anom. med.)

$$dr = \left(1 + \frac{e^2}{2}\right) da + (ae + \cos M)\, de$$
$$= 1{,}02\, da + 0{,}405\, de$$

substitutis valoribus numericis ipsorum a et e, et sumto valore $M = 30°$ quemadmodum in transitibus locum habet.

Motum annuum medium, quemadmodum Triesnecker eum determinavit, correctionem duarum minutarum secundarum non admittere, aliunde jam nobis compertum erat, et quum sit

$$da = -\tfrac{2}{3}\frac{a}{nt} \,.\, dnt$$

patet da ad 0,0000001 ascendere non posse; hinc fit

$$dr = 0{,}''405\, de.$$

Jam ut sit $\frac{d\beta}{de}(de) = 1''$, requiritur

$$de = \frac{0{,}00012}{0{,}405} = 0{,}000296 = 61''$$

quam correctionem neutiquam locum habere posse, comparatio elementorum cum observationibus ante instituta mihi jam persuaserat. Restat igitur unica obitae inclinatio, cujus error et calculatam planetae distantiam a nodo erroneam reddere potest quapropter terminus

$$-\, di\ tang\ D\ cotg\ i$$

in aequationes conditionis recipiendus est.

Sit longitudo nodi pro epocha a. 1750 $= K$, illius annua variatio $= nK$ (sec. ill. Laplace) T. Epocha transitus, $d\Omega$ Correctio nodi: habebimus,

$$\lambda - K - (T - 1750)\, nK - d\Omega - arc.\ sin.\left(\frac{tang.\ \beta}{tang.\ i}\right) + di\ tang\ D\ cotg\ i = 0;$$

Correctionis factore pro assumta annua nodi variatione designato per $1 + \mu$, et evolvendo valorem arc. sin. $\left(\frac{tang.\ \beta}{tang.\ i}\right)$. sequitur

$$\lambda - K - (T - 1750)\, nK\,(1 + \mu) - d\Omega + di\ tang.\ D\ cotg.\ i$$
$$- 8{,}''14434\beta - 0{,}''000000002180 06\beta^3 = 0; \qquad (A)$$

β seu latitudo heliocentrica in minutis secundis exprimenda est. Signa expressionis (A) valent pro nodo ascendente et latitudine boreali. In australi mutantur illa trium terminorum posteriorum. Contrarium fit in nodo descendente. Quilibet Mercurii transitus talem parit aequationem, cuius ex complexu μ, $d\Omega$, et di determinanda sunt.

Accurata selectarum observationum, in quolibet transitu factarum, reductio mihi, calculi elementa, qualia hodierna offert astronomia, adhibenti, pro omnibus Mercurii transitibus, inde ab a. 1631 observatis, hos dedit locos Mercurii in conjunctionibus cum sole.

Annus et dies	Tempus med. Seebergense	Longit. hel. ☿ observata *)	Latit. geoc. ☿ vera
1631 6 Novb.	$20^h\ 5'\ 36,''2$	$44^\circ\ 41'\ 27,''7$	. . .
1661 3 Maji	5 15 49, 5	223 33 18, 2	. . .
1677 7 Novb.	0 54 2, 6	45 44 16, 7	$0^\circ\ 4'\ 14,''1$
1690 9 Novb.	18 37 32, 2	48 20 28, 5	. . .
1697 2 Novb.	18 1 24, 0	41 34 37, 3	0 10 52, 9
1723 9 Novb.	5 44 13, 8	46 47 20, 4	0 5 53, 5
1736 10 Novb.	23 27 17, 2	49 23 25, 6	0 14 9, 3
1740 2 Maji	11 2 55, 1	222 43 14, 5	. . .
1743 4 Novb.	22 53 18, 4	42 37 58, 5	. . .
1753 5 Maji	18 56 36, 3	225 47 33, 5	0 2 19, 5
1756 6 Novb.	16 43 38, 4	45 13 45, 2	0 0 59, 1
1769 9 Novb.	22 34 39, 5	47 50 36, 8	0 7 38, 2
1782 12 Novb.	4 14 52, 2	50 26 36, 2	0 15 54, 9
1786 3 Maji	17 45 30, 3	223 49 42, 5	0 11 38, 6
1789 5 Novb.	3 43 54, 2	43 40 43, 6	0 7 25, 9
1799 7 Maji	1 42 14, 4	226 54 21, 8	0 5 45, 7
1802 8 Novb.	21 36 7, 2	46 17 13, 6	0 0 59, 0

Unicum transitum a. 1651, quia dubius erat, omisi.

Quum in duodecim modo transitibus annorum 1677, 1697, 1723, 1736, 1753, 1756, 1769, 1782, 1786, 1789, 1799, 1802 latitudo geocentrica satis accurate posset definiri: etiam hi tantum ad methodum supra explicatam adhiberi queunt. Ubicunque fieri poterat, tabularum solarium error ex observationibus definiebatur, quum longitudo Solis illam planetae per se determinet.

Jam subsitutis pro duodecim transitibus, ante commemoratis, valoribus numericis idoneis, hoc conditionis aequationum systema obtinemus:

$$1677 \quad +32,''0 - d\Omega + 3072{,}1\,\mu + 0,''178\,di = 0;$$
$$1697 \quad +69,2 - d\Omega + 2218{,}8\,\mu - 0,450\,di = 0;$$
$$1723 \quad +90,8 - d\Omega + 1112{,}2\,\mu + 0,248\,di = 0;$$

*) Vera ab aequinoctio medio.

$$
\begin{aligned}
1736 \quad &+ 94,''9 - d\delta\Omega + 559{,}1\,\mu + 0,''595\; di = 0;\\
1753 \quad &+ 68,\ 5 - d\delta\Omega - 142{,}9\,\mu + 0,\ 055\; di = 0;\\
1756 \quad &+ 73,\ 5 - d\delta\Omega - 291{,}1\,\mu - 0,\ 028\; di = 0;\\
1769 \quad &+ 79,\ 4 - d\delta\Omega - 843{,}5\,\mu + 0,\ 339\; di = 0;\\
1782 \quad &+ 58,\ 5 - d\delta\Omega - 1399{,}9\,\mu + 0,\ 668\; di = 0;\\
1786 \quad &+ 47,\ 7 - d\delta\Omega - 1546{,}3\,\mu - 0,\ 280\; di = 0;\\
1789 \quad &+ 81,\ 2 - d\delta\Omega - 1695{,}2\,\mu - 0,\ 310\; di = 0;\\
1799 \quad &+ 42,\ 0 - d\delta\Omega - 2096{,}4\,\mu + 0,\ 139\; di = 0;\\
1802 \quad &+ 51,\ 8 - d\delta\Omega - 2249{,}2\,\mu + 0,\ 042\; di = 0;
\end{aligned}
$$

exhinc per methodum minimorum quadratorum,

$$
\begin{aligned}
&- 779,''5 + 12{,}0\;\delta\Omega + 3306{,}0\;\mu - 1{,}196\; di = 0;\\
&- 184468 + 3306{,}0\;\delta\Omega + 33417740\,\mu - 491{,}72\; di = 0;\\
&+ 91,''29 - 1{,}196\;\delta\Omega - 491{,}72\,\mu + 1{,}410\; di = 0;
\end{aligned}
$$

$$\delta\Omega = + 64,\ 17;\quad \mu = - 0{,}0009851;\quad di = - 10,''32.$$

Substitutis hisce valoribus in aequationibus conditionis sequens sistitur schema:

	Error Aequationis	
	sine Correctio.	cum Correct.
1677	+ 32,″0	− 37,″0
1697	+ 69, 2	+ 7, 4
1723	+ 90, 8	+ 23, 0
1736	+ 94, 9	+ 24, 1
1753	+ 68, 5	+ 3, 8
1756	+ 73, 5	+ 9, 9
1769	+ 79, 4	+ 12, 6
1782	+ 58, 5	− 11, 0
1786	+ 47, 7	− 12, 0
1789	+ 81, 2	+ 21, 9
1799	+ 42, 0	− 21, 6
1802	+ 51, 8	− 10, 7

Cum elementis incorrectis habebitur summa quadratorum errorum $= 55854''$, cum correctis $= 4143''$. Ex valore invento ipsius μ primam nanciscimur aequationem pro massa Veneris. Secundum theoriam ill. Laplace (Méc. cél. Tom. III. p. 88) est

$$\text{annua nodi variatio} = 50,''11 - 7,''566 - 4,''054\;\mu'$$
$$\text{ex mea determinatione} = (50,\ 11 - 7,\ 566)\;(1 + \mu)$$

exhinc

$$\text{I.}\quad + 0,''0419 - 4{,}054\;\mu' = 0.$$

II. *Determinatio motus medii annui Mercurii, et annuae variationis aphelii ex longitudinibus heliocentricis, quas supra commemorati 17 Mercurii transitus praebuerunt.*

Quum, ut jam antea monuimus, omnes Mercurii transitus in uno eodemque nodo, semper proxime in iisdem orbitae punctis, locum habeant, fieri hinc potest, ut observatae longitudines heliocentricae ad medias reducantur, atque ex earum differentiis motus determinetur medius, ita ut nullum aliud elementum, quam annua aphelii variatio, hanc reductionem gravi errore afficere queat. Necesse sane est, ad hoc negotium rite perficiendum, ut jam adsint elementa orbitae satis approximata, ut revera hic evenit. Quaelibet binae longitudines, hoc modo reductae, atque inter se comparatae, dabunt aequationem conditionis, quae tantum correctionem motus medii et annuae aphelii variationis, tamquam quantitates incognitas, continet, quarumque determinationem complexus harum aequationum offert. In quo perquirendo hanc rationem sequutus sum.

Sint duae observatae longitudines heliocentricae, λ, λ' aphelia pro hisce epochis P, $P + T\,dP$, T, annorum series inter λ et λ', dP annua aphelii variatio, nt medius motus annuus Mercurii, γ excentricitas, Ω, Ω', (p) (p') nodi et perturbationes, utrique epochae respondentes. Jam si et observationes et elementa pariter omnis erroris essent expertia: locum haberet haec aequatio:

$$\lambda + F[\gamma(\lambda - P)] + Tnt - f[i(\lambda - \Omega)] - (p) - \lambda' - F'[\gamma'(\lambda' - P)] + f'[i(\lambda' - \Omega')] + (p') = 0; \qquad (B)$$

ubi per F, f . . . functiones excentricitatis, aphelii, inclinationis et nodi, seu ut aliis utar verbis, aequationes centri et reductiones ad orbitam sunt expressae. Quaelibet binarum longitudinum combinatio aequationem hujus formae dabit, cujus aberratio a zero ab erroribus adhibitorum reductionis elementorum pendet. Quodsi primo errorum motus medii atque annuae aphelii variationis nulla habetur ratio, erit, designatis per di, $d\Omega$, $d\gamma$, dP, correctionibus inclinationis, nodi, excentricitatis et aphelii (de correctione epochae nulla habenda est ratio, cum longitudo per observationem data sit) error exinde in reductionem longitudinum heliocentricarum verarum in ecliptica, ad medias in orbita, exsurgens (neglectis quibusdam terminis minoribus, qui hic rite negligendi erant)

$$= 0,''061 \sin\beta \sin(\lambda - \Omega)\, d\Omega + 0,''5 \sin\beta \cos(\lambda - \Omega)\, di + 2\, d\gamma \sin(\lambda - P) - 2\, dP\, \gamma \cos(\lambda - P)$$

Designamus longitudines reductas per (λ), (λ'), errorem differentiae $(\lambda) - (\lambda')$ ob errores in Ω, i, γ et P commissos $= E$, erit

$$E = \begin{cases} 0.''061\, d\Omega\, [\sin\beta \sin(\lambda - \Omega) - \sin\beta' \sin(\lambda' - \Omega')] \\ +0,''5\, di\, [\sin\beta \cos(\lambda - \Omega) - \sin\beta' \cos(\lambda' - \Omega')] \\ +2\, d\gamma\, [\sin(\lambda - P) - \sin(\lambda' - P)] - 2\gamma\, dP\, [\cos(\lambda - P) - \cos(\lambda' - P'] \end{cases} \quad (a)$$

Silentio praeterire nolumus, summae severitatis legem postulasse, ut hic, pariterque in antecedenti nodi determinatione, investigaretur, quatenus perturbationes vel earum differentiae per correctionem massae Veneris errore possent affici. Dum vero ad calculum harum perturbationum periodicarum adhibetur illa Veneris massa, quam ill. Delambre ex Solis observationibus definivit, et quae varias ob causas correctionem 0,1 vix permittit, facili negotio perspicitur, maximum errorem inde metuendum tam parvi momenti esse, ut nulla plane illius ratio habenda sit.

Reliquum est, ut dubitationi occurram, quam fortasse merus mathematicus moverit, hanc rationem, qua pro perturbationibus periodicis Veneris massa, ex annua demum aphelii variatione elicienda, jam pro cognita assumitur, eo laborare vitio, quod circulum in demonstrando logici appellant. Cujus causa hoc addo, istam methodum, determinationibus potiundi successive emendatis, fundamentum esse totius planetarum theoriae, ab hodiernis astronomis elaboratae, atque demonstrari posse, eam recte se habere, quando errores, qui inde nasci queunt, pro minimis superioris ordinis sunt habendi.

In sequenti numerica hujus methodi applicatione ad combinatos Mercurii transitus annorum $\left\{\begin{matrix}1631\\1802\end{matrix}\right\}$, $\left\{\begin{matrix}1677\\1802\end{matrix}\right\}$, $\left\{\begin{matrix}1677\\1789\end{matrix}\right\}$, $\left\{\begin{matrix}1690\\1782\end{matrix}\right\}$, $\left\{\begin{matrix}1697\\1789\end{matrix}\right\}$, $\left\{\begin{matrix}1723\\1802\end{matrix}\right\}$, $\left\{\begin{matrix}1736\\1802\end{matrix}\right\}$, $\left\{\begin{matrix}1736\\1782\end{matrix}\right\}$, $\left\{\begin{matrix}1743\\1789\end{matrix}\right\}$, $\left\{\begin{matrix}1756\\1802\end{matrix}\right\}$, $\left\{\begin{matrix}1661\\1799\end{matrix}\right\}$, $\left\{\begin{matrix}1661\\1786\end{matrix}\right\}$, $\left\{\begin{matrix}1740\\1799\end{matrix}\right\}$, $\left\{\begin{matrix}1753\\1786\end{matrix}\right\}$, $\left\{\begin{matrix}1753\\1799\end{matrix}\right\}$, valores arcuum $\lambda - \Omega$, $\lambda' - \Omega'$ comprehensi sunt, inter $356°$ et $5°$ pro nodo ascendente, atque inter $6^s\ 1°$ et $5^s\ 27°$ pro descendente; differentia inter β, β' non potest excedere $34'$, et anomaliae verae finibus $153 - 156°$ et $330 - 333°$ circumscriptae sunt. Substitutis hisce valoribus extremis in aequatione (a) emergit maximum ipsius E

$$= 0,''0004\, d\Omega + 0,''005\, di + 0,''092\, d\gamma - 0,0099\, dP;$$

Cum jam ex prima hujus disquisitionis sectione valores proxime veritati accedentes pro nodo et inclinatione nobis innotuerint, nullo plane laborat dubio, sine errandi periculo terminos, differentialia $d\Omega$ et di involventes, penitus negligendos esse. Valores autem $d\gamma$, dP limitibus $15''$ et $60''$ includi, est suppositio,

cujus veritatem ultimus disquisitionum mearum exitus plane confirmavit atque stabilivit. Substitutio horum valorum dat maximum erroris

$$= \pm 0,''092.\ 15 \mp 0,0099.\ 60 = \pm 1,''97$$

quod divisum per annorum seriem a λ ad λ' praeterlapsorum, determinationem, de qua hic agitur, haud quaquam revera perturbare potest. Generalis igitur aequationis (B) in limine propositae aberratio a zero, si observationes supponamus omnis vitii expertes, tantum esse potest functio errorum, qui in suppositione annuae variationis aphelii et medii motus Mercurii commissi fuere. In definienda hac functione mihi videbatur utilius, non quaerere correctionem suppositae annuae aphelii variationis, sed aphelium per totum temporis spatium a λ usque ad λ' pro constans habere, atque tum totam variationem, qua per hunc annorum decursum illud afficitur, ex ipsa aequatione (B) determinare.

Jam aphelio pro epocha prioris observationis calculato, et designatis longitudinibus ad medias cum hoc aphelio reductis, per (λ), (λ') habebimus

$$(\lambda') + A.\ T.\ dP - T(nt + dnt) - (\lambda) = 0; \qquad (C)$$

Atqui constat, anomaliae verae reductionem ad mediam, neglectis altioribus excentricitatis dimensionibus, esse

$$= 2\gamma \sin(\lambda - P) + (\tfrac{3}{4}\gamma^2 + \tfrac{1}{8}\gamma^4 + \tfrac{3}{64}\gamma^6) \sin 2(\lambda - P) + (\tfrac{1}{3}\gamma^3 + \tfrac{1}{8}\gamma^5) \sin 3(\lambda - P) + \tfrac{5}{32}\gamma^4 \sin 4(\lambda - P) + \tfrac{3}{40}\gamma^5 \sin 5(\lambda - P) + \ldots.$$

per differentialia trigonometrica finita exhinc habebitur

$$A.\ Tdp = -4\gamma \sin\tfrac{1}{2}\ T.dP \cos(\lambda - P - \tfrac{1}{2}\ Tdp) - 3\gamma^2 \sin\tfrac{1}{2}\ TdP \cos 2(\lambda - P - \tfrac{1}{2}\ Tdp) - 2\gamma^3 \sin\tfrac{1}{2}\ Tdp \cos 3(\lambda - P - \tfrac{1}{2}\ Tdp).$$

Brevitatis causa in membro secundo et tertio *sin n Tdp* mutavimus in *n sin Tdp*. Facile intelligitur, in hac differentiatione terminos neglectos, a quarta et quinta excentricitatis dimensione pendentes,

$$-\tfrac{1}{4}\gamma^4 \cos 2(\lambda - P)\ Tdp; \quad -\tfrac{3}{8}\gamma^5 \cos 3(\lambda - P)\ Tdp;$$
$$-\tfrac{5}{8}\gamma^4 \cos 4(\lambda - P)\ Tdp; \quad -\tfrac{3}{8}\gamma^5 \cos 5(\lambda - P)\ Tdp;$$

negotium nullo modo turbare posse, quum in valoribus, qui hic usu veniunt,

$$\lambda - P = \begin{cases} 152^\circ \\ 330 \end{cases},\ Tdp = 90'$$

hi termini omissi fiant

$$-1,''35; \quad +0,''00; \quad +2,''45; \quad -0,''57;$$

adeoque propemodum se invicem tollant.

Substituto in aequatione (C) valore $A.\ TdP$ haec prodit forma specialis aequationum conditionis, pro praesenti investigatione numerice evolvendarum;

$$\left.\begin{aligned}(\lambda') &- 4\gamma\ cos\ (\lambda'-P-\tfrac{1}{2}\,T\,dp)\\ &- 3\gamma^2\ cos^2(\lambda'-P-\tfrac{1}{2}\,T\,dp)\\ &- 2\gamma^3\ cos^3(\lambda'-P-\tfrac{1}{2}\,T\,dp)\end{aligned}\right\} \circ\ T\ sin\ \tfrac{1}{2}\,dP - T\,(nt + dnt) - (\lambda) = 0; \qquad (D)$$

aequalitatem

$$T\ sin\ \tfrac{1}{2}\,dP = sin\ T\,\tfrac{1}{2}\,dP$$

in aequatione antecedenti a nobis assumtam, et in maximis valoribus ipsius T quam proxime locum habere, et nullum exhinc errandi periculum emergere posse, quilibet in calculo astronomico versatus facile intelliget. Valor dP, qui in aequatione (D) jam pro cognito assumitur, e theoria ill. Laplace sequitur $= 55,''74$; variatio annua excentricitatis $= +\ 0,''0068$; quos valores a veris non nisi paullulum discedere posse, rationes supra allatae ostendunt.

Anomaliarum verarum ad medias reductionem hae dabant expressiones; designata per ε, υ, μ, anomalia excentrica, vera et media, $\gamma = sin\ \varphi$; habebitur (Gauss, Theoria mot. corp. coel. p. 8.)

$$cotg.\ \tfrac{1}{2}\,\varepsilon = cotg.\ \tfrac{1}{2}\,\upsilon\ tang\ (45^\circ - \tfrac{1}{2}\varphi);\ \mu = \varepsilon + \gamma\ sin\ \varepsilon;$$

Qua ratione ad formandas conditionis aequationes his usi sumus quantitatibus auxiliaribus:

Anni	anom. ver. I.	anom. ver. II.	long. med. I.	long. med. II.	motus med.	T.
1631 – 1802	$5^S\ 2^\circ\ 57'\ 35,''4$	$5^S\ 4^\circ\ 33'\ 17,''0$	$54^\circ\ 4'\ 41,''2$	$55^\circ\ 8'\ 34,''0$	$1^\circ\ 57'\ 6,''2$	171.01
1677 – 1802	5 3 18 11, 5	5 3 50 32, 1	55 1 12, 8	55 22 49, 9	1 0 22, 0	125,01
1677 – 1789	5 3 18 11, 5	5 1 12 54, 2	55 1 12, 8	53 37 9, 8	359 10 4, 0	111,99
1690 – 1782	5 5 43 14, 1	5 7 49 36, 1	56 50 0, 0	58 13 41, 9	1 52 50, 5	92,01
1697 – 1789	4 28 47 42, 6	5 0 54 19, 2	52 17 42, 1	53 43 14, 2	1 53 43, 2	92.01
1723 – 1802	5 3 38 39, 8	5 3 7 48, 0	55 57 36, 8	55 36 57, 0	0 3 41, 6	79,00
1736 – 1802	5 6 3 41, 8	5 2 55 44, 2	57 46 18, 7	55 40 58, 9	358 15 6, 6	65,99
1736 – 1782	5 6 3 41, 8	5 7 6 53, 1	57 46 18, 7	58 28 13, 4	0 56 24, 2	46,00
1743 – 1789	4 29 8 23, 5	5 0 11 36, 2	53 14 26, 6	53 57 7, 4	0 56 41, 8	46,01
1756 – 1802	5 1 33 19, 2	5 2 37 9, 0	55 4 18, 4	55 47 7, 2	0 57 5, 4	46.01
1661 – 1799	11 1 21 35, 9	11 4 43 12, 3	210 31 55, 3	215 15 12, 0	3 50 46, 6	138.01
1661 – 1786	11 1 21 35, 9	11 1 37 30, 6	210 31 55, 3	210 54 8, 4	359 36 28, 7	124,99
1740 – 1799	10 29 17 21, 6	11 3 29 49, 3	208 52 41, 7	214 45 2, 1	5 30 3, 4	59.02
1753 – 1786	11 2 10 54, 6	12 0 12 2, 6	213 6 18, 6	210 20 33, 9	357 2 6, 2	32,99
1753 – 1799	11 2 10 54, 6	11 3 17 44, 3	213 6 18, 6	214 40 6, 0	1 16 24, 0	46,01

His valoribus in aequatione (D) rite substitutis, hae prodeunt aequationes conditionis;

1. 1631 – 1802; $-\ 3193,''2 + 113,''1950\ sin\ \tfrac{1}{2}\,dP - 171,''01\ dnt = 0;$
2. 1677 – 1802; $-\ 2328,8 + 82,6041\ sin\ \tfrac{1}{2}\,dP - 125,01\ dnt = 0;$
3. 1677 – 1789; $-\ 2050,0 + 72,8495\ sin\ \tfrac{1}{2}\,dP - 111,99\ dnt = 0;$
4. 1690 – 1782; $-\ 1750,0 + 62,1693\ sin\ \tfrac{1}{2}\,dP - 92,01\ dnt = 0;$
5. 1697 – 1789; $-\ 1961,1 + 59,7823\ sin\ \tfrac{1}{2}\,dP - 92,01\ dnt = 0;$
6. 1723 – 1802; $-\ 1463,3 + 52,0784\ sin\ \tfrac{1}{2}\,dP - 79,00\ dnt = 0;$

7. 1736 – 1802 — 1223,″4 + 43,″4815 $sin \frac{1}{2} dP$ — 65,″99 $dnt = 0$;
8. 1736 – 1782 — 869, 4 + 31, 0265 $sin \frac{1}{2} dP$ — 46, 00 $dnt = 0$;
9. 1743 – 1789 — 840, 0 + 29, 8260 $sin \frac{1}{2} dP$ — 46, 01 $dnt = 0$;
10. 1756 – 1802 — 856. 2 + 30, 1986 $sin \frac{1}{2} dP$ — 46, 01 $dnt = 0$;
11. 1661 – 1799 + 3152, 7 —112, 8246 $sin \frac{1}{2} dP$ — 138, 01 $dnt = 0$;
12. 1661 – 1786 + 2744, 4 — 97, 9322 $sin \frac{1}{2} dP$ — 124, 99 $dnt = 0$;
13. 1740 – 1799 + 1337, 4 — 47, 8422 $sin \frac{1}{2} dP$ — 59, 02 $dnt = 0$;
14. 1753 – 1786 + 739, 3 — 25, 5775 $sin \frac{1}{2} dP$ — 32, 99 $dnt = 0$;
15. 1753 – 1799 + 1046, 0 — 37, 2548 $sin \frac{1}{2} dP$ — 46, 01 $dnt = 0$;

Manifesto vero absolutus harum aequationum valor non plane idem, sed in ratione composita bonitatis observationum et temporis T est. Consilii hinc erit, illarum coefficientes ad modum aliquem restringere, priusquam incognitarum valores inde evolvi queant. Quodsi observationibus ex saec. XVII dimidius conceditur valor, et intervallum 46 annorum pro unitate sumitur: hoc prodit systema aequationum conditionis:

1. — 34,″708 + 1,″2303 $sin \frac{1}{2} dP$ — 1,″8588 $dnt = 0$;
2. — 25, 313 + 0, 8979 – – — 1, 3588 – $= 0$;
3. — 22, 283 + 0, 7919 – – — 1, 2173 – $= 0$;
4. — 18, 980 + 0, 6757 – – — 1, 0000 – $= 0$;
5. — 18, 380 + 0, 6497 – – — 1, 0000 – $= 0$;
6. — 31, 804 + 1, 1321 – – — 1, 7174 – $= 0$;
7. — 26, 587 + 0, 9454 – – — 1, 4346 – $= 0$;
8. — 18, 470 + 0, 6745 – – — 1, 0000 – $= 0$;
9. — 18, 260 + 0, 6483 – – — 1, 0000 – $= 0$;
10. — 18, 610 + 0, 6564 – – — 1, 0000 – $= 0$;
11. + 34, 268 — 1, 2263 – – — 1, 5000 – $= 0$;
12. + 29, 831 — 1, 0646 – – — 1, 3586 – $= 0$;
13. + 29, 074 — 1, 0397 – – — 1, 2831 – $= 0$;
14. + 16, 072 — 0, 5562 – – — 0, 7172 – $= 0$;
15. + 22, 750 — 0, 8097 – – — 1, 0000 – $= 0$;

inde per methodum minimorum quadratorum,

— 337,″673 + 11,″991 $sin \frac{1}{2} dP$ — 5,″247 $dnt = 0$;
+ 146, 942 — 5, 247 $sin \frac{1}{2} dP$ + 24, 046 $dnt = 0$;
$\frac{1}{2} dP = +$ 28, 177; $dnt = +$0, 0369;

Quorum quidem valorum substitutione in ultima aequationum serie facta, hunc obtinemus praeclarum sane consensum

Nro. Aequ.	Error	Nro. Aequ.	Error	Nro. Aequ.	Error
1	— 0,″09	6	+ 0,″04	11	— 0,″34
2	— 0, 06	7	+ 0, 01	12	— 0, 21
3	+ 0, 00	8	+ 0, 40	13	— 0, 27
4	+ 0, 02	9	— 0, 03	14	+ 0, 38
5	— 0, 11	10	— 0, 15	15	— 0, 11

Neutiquam tamen omittenda est animadversio, errorem hic notatum esse quadraginta-sextuplicem partem veri observationum erroris.

Ex theoria ill. LAPLACE habebitur

annua variatio aphelii $= 50,''11 + 5,''626 + 3,''023\ \mu'$

ex mea determinatione $= 50,\ 11 + 6,\ 244$

unde secunda emergit aequatio, ad determinandam Veneris massam

II. $\qquad + 0,''618 - 3,''023\ \mu' = 0;$

III. *Determinatio dimensionum ellipseos a Mercurio circa solem descriptae. Epocha, aphelium, excentricitas, motus medius.*

Cum ex superioribus disquisitionibus valores nodi, illius annuae variationis, motus medii Mercurii, et variationis aphelii, partim veritati appropinquantes, partim prorsus jam cogniti sint, transeundum erat ad investiganda reliqua elementa elliptica. Cui negotio adhibebantur partim septendecim longitudines heliocentricae, supra ex transitibus derivatae, partim centum observationes geocentricae ab cl. observatoribus MASKELYNE et PIAZZI institutae. Aequationes conditionis inde evolutae tamquam quantitates incognitas continebant correctionem epochae, aphelii, motus medii, excentricitatis, et factorem pro corrigenda Veneris massa. Perturbationes periodicae supputabantur cum illa Veneris massa, qualis supponitur ab ill. LAPLACE in Méc. cél. T. III. p. 61. Cum ex sectione prima hujus disquisitionis valores proxime appropinquati pro nodo et inclinatione jam adsint, haud necesse erat, ut illorum correctiones etiam in aequationes e longitudinibus derivatas admitterentur, cum error paucarum minutarum secundarum in nodo et inclinatione reductionem longitudinis ad eclipticam haudquaquam turbare queat. Expressio, qua differentia longitudinis heliocentricae et observatae et ex elementis calculatae datur per functionem correctionum elementorum ellipticorum, satis simplex est. Sint λ, λ' longitudines calculatae et observatae, dN, dnt, $d\gamma$, dP, μ' correctiones epochae, motus medii, excentricitatis, aphelii, et factor pro massa Veneris, habebitur

$$\begin{aligned}
(\lambda-\lambda') &+ dN\,[1-(2\gamma-\tfrac{1}{4}\gamma^3)\cos M+(\tfrac{5}{2}\gamma^2-\tfrac{11}{12}\gamma^4)\cos 2M-\tfrac{13}{4}\gamma^3\cos 3M+\tfrac{103}{24}\gamma^4\cos 4M]\\
&+ T dnt\,[1-(2\gamma-\tfrac{1}{4}\gamma^3)\cos M+(\tfrac{5}{2}\gamma^2-\tfrac{11}{12}\gamma^4)\cos 2M-\tfrac{13}{4}\gamma^3\cos 3M+\tfrac{103}{24}\gamma^4\cos 4M]\\
&- d\gamma\,[(2-\tfrac{3}{4}\gamma^2)\sin M-(\tfrac{5}{2}\gamma-\tfrac{11}{6}\gamma^3)\sin 2M+\tfrac{13}{4}\gamma^2\sin 3M-\tfrac{103}{24}\gamma^3\sin 4M]\\
&+ dP\,[2\gamma-\tfrac{1}{4}\gamma^3)\cos M-(\tfrac{5}{2}\gamma^2-\tfrac{11}{12}\gamma^4)\cos 2M+\tfrac{13}{4}\gamma^3\cos 5M-\tfrac{103}{24}\gamma^4\cos 4M]\\
&+ (p)\mu' = 0; \qquad \text{(E)}
\end{aligned}$$

Sed paulo magis composita est functio, quando quaeritur relatio inter locum geocentricum et correctiones elementorum ellipticorum. Jam extant disquisitiones huc pertinentes, a cl. viris EULER et ORIANI (Comment. Petrop. T. XVII Theor. Merc. p. 93) in publicum prolatae. Nuperrime etiam cl. GAUSS de hac re disseruit (Theor. mot. corp. coel. p. 75) et pro more elegantissimas evolvit formulas, omnia omnino elementa orbitae planetariae complectentes. Quum hae expressiones sint et commodae et omnibus numeris absolutae, nullo modo eis uti dubitassem, dummodo minus magnus fuisset geocentricarum aequationum conditionis numerus. Quum vero orbitae Mercurii indoles concedat, excentricitatem per totum temporis spatium, quod observationes geocentricae, hic adhibendae amplectuntur, pro constante sumere: mihi videbatur calculi centies repetiti molestia levari posse formulis, quae, etsi per se multo longiores sint, quam illae evolutae a cl. GAUSS, tabularum tamen auxiliarium usum permittant. Qua ratione hanc methodum sequutus sum. Sint, longitudo planetae geocentrica l, r, Δ curtatae distantiae a sole ac terra, L, R longitudo terrae heliocentrica et distantia a Sole: habebitur

$$r \sin (l-\lambda) = R \sin (l-L)$$

$$\operatorname{tang} l = \frac{r \sin \lambda - R \sin L}{r \cos \lambda - R \cos L};$$

exhinc differentiando efficitur

$$dl = d\lambda \frac{r}{\Delta} \cos (\lambda - l) + dr \frac{\sin (\lambda - l)}{\Delta}; \qquad (F)$$

Ut igitur dl fiat functio elementorum ellipticorum, in hac aequatione exprimendi sunt valores $d\lambda$, dr, per dN, dnt, $d\gamma$, dP et μ'; $d\lambda = (\lambda' - \lambda)$ jam notum est ex aequatione conditionis, quam supra pro locis heliocentricis obtinuimus; pro dr habebitur

$$\begin{aligned} dr = &- dN\,a\,[(\gamma - \tfrac{3}{8}\gamma^3) \sin M - (\gamma^2 - \tfrac{2}{3}\gamma^4) \sin 2M + \tfrac{9}{8}\gamma^3 \sin 3M - \tfrac{4}{3}\gamma^4 \sin 4M] \\ &- T dnt\,a\,[(\gamma - \tfrac{3}{8}\gamma^3) \sin M - (\gamma^2 - \tfrac{2}{3}\gamma^4) \sin 2M + \tfrac{9}{8}\gamma^3 \sin 3M - \tfrac{4}{3}\gamma^4 \sin 4M] \\ &+ d\gamma\,a\,[\gamma + (1 - \tfrac{9}{8}\gamma^2) \cos M - (\gamma - \tfrac{4}{3}\gamma^3) \cos 2M + \tfrac{9}{8}\gamma^2 \cos 3M - \tfrac{4}{3}\gamma^3 \cos 4M] \\ &+ dP\,a\,[(\gamma - \tfrac{3}{8}\gamma^3) \sin M - (\gamma^2 - \tfrac{2}{3}\gamma^4) \sin 2M + \tfrac{9}{8}\gamma^3 \sin 3M - \tfrac{4}{3}\gamma^4 \sin 4M] \end{aligned}$$

Terminum ipsius dr a differentiali semi-axeos pendentem omittendum esse putavimus, cum hic nunquam valorem 0,0000001 assequi queat; habebitur

$$\frac{dr}{da} = 1 + \frac{\gamma^2}{2} + (\gamma - \tfrac{3}{8}\gamma^3) \cos M - (\tfrac{1}{2}\gamma^2 - \tfrac{1}{3}\gamma^4) \cos 2M + \tfrac{3}{8}\gamma^3 \cos 3M - \ldots$$

$$da = -\tfrac{2}{3} \frac{a}{nt} . dnt$$

in orbita Mercurii est

$$\tfrac{2}{3} \cdot \frac{a}{nt} = 0,00000004796$$

Jam ex disquisitionibus superioribus satis constat, correctionem motus medii annui minorem una minuta secunda esse, unde patet, semper fore $da < 0{,}0000001$ et perinde plane negligendum esse.

Denominamus

$$\frac{r}{\Delta} \cdot \cos(\lambda + l) = \alpha; \quad \frac{\sin(\lambda - l)}{\Delta} = \beta$$

Facta substitutione valorum $d\lambda$ et dr ex aequationibus (E) (G) in aequatione (F) hanc nanciscimur expressionem, qua dl datur per functionem elementorum ellipticorum;

$$\begin{aligned}
&-dl + dN \begin{cases} +\alpha\,[1 - (2\gamma - \tfrac{1}{4}\gamma^3)\cos M + (\tfrac{5}{2}\gamma^2 - \tfrac{11}{12}\gamma^4)\cos 2M - \tfrac{13}{4}\gamma^3 \cos 3M + \tfrac{103}{24}\gamma^4 \cos 4M] \\ -a\beta\,[(\gamma - \tfrac{3}{8}\gamma^3)\sin M - (\gamma^2 - \tfrac{2}{3}\gamma^4).\sin 2M + \tfrac{9}{8}.\gamma^3 \sin 3M - \tfrac{4}{3}.\gamma^4 \sin 4M] \end{cases} \\
&+T.dnt \begin{cases} +\alpha\,[1 - (2\gamma - \tfrac{1}{4}\gamma^3)\cos M + (\tfrac{5}{2}\gamma^2 - \tfrac{11}{12}\gamma^4)\cos 2M - \tfrac{13}{4}\gamma^3 \cos 3M + \tfrac{103}{24}\gamma^4 \cos 4M] \\ -a\beta\,[(\gamma - \tfrac{3}{8}\gamma^3)\sin M - (\gamma^2 - \tfrac{2}{3}\gamma^4)\sin 2M + \tfrac{9}{8}\gamma^3 \sin 3M - \tfrac{4}{3}\gamma^4 \sin 4M] \end{cases} \\
&-de \begin{cases} +\alpha\,[(2 - \tfrac{3}{4}\gamma^2)\sin M - (\tfrac{5}{2}\gamma - \tfrac{11}{6}\gamma^3)\sin 2M + \tfrac{13}{4}\gamma^2 \sin 3M - \tfrac{103}{24}\gamma^3 \sin 4M] \\ -a\beta\,[\gamma + (1 - \tfrac{9}{8}\gamma^2)\cos M - (\gamma - \tfrac{4}{3}\gamma^3)\cos 2M + \tfrac{9}{8}\gamma^2 \cos 3M - \tfrac{4}{3}\gamma^3 \cos 4M] \end{cases} \\
&+dP \begin{cases} +\alpha\,[(2\gamma - \tfrac{1}{4}\gamma^3)\cos M - (\tfrac{5}{2}\gamma^2 - \tfrac{11}{12}\gamma^4)\cos 2M + \tfrac{13}{4}\gamma^3 \cos 3M - \tfrac{103}{24}\gamma^4 \cos 4M] \\ +a\beta\,[(\gamma - \tfrac{3}{8}\gamma^3 \sin M - (\gamma^2 - \tfrac{2}{3}\gamma^4)\sin 2M + \tfrac{9}{8}\gamma^3 \sin 3M - \tfrac{4}{3}\gamma^4 \sin 4M] \end{cases} \\
&\quad + \alpha(p)\,\mu' = 0; \qquad \text{(H)}
\end{aligned}$$

Quae aequationum conditionis forma etsi prolixitatis speciem praebeat: tamen ejus calculus numericus, ut centies usu edoctus asseverare possum, si tabulae auxiliares, ob id ipsum constructae, adhibeantur, perfacilis est ac tutus. Sit

$$\begin{aligned}
A &= (2\gamma - \tfrac{1}{4}\gamma^3)\cos M - (\tfrac{5}{2}\gamma^2 - \tfrac{11}{12}\gamma^4)\cos 2M + \tfrac{13}{4}\gamma^3 \cos 3M - \tfrac{103}{24}\gamma^4 \cos 4M \\
B &= a[(\gamma - \tfrac{3}{8}\gamma^3)\sin M - (\gamma^2 - \tfrac{2}{3}\gamma^4)\sin 2M + \tfrac{9}{8}\gamma^3 \sin 3M - \tfrac{4}{3}\gamma^4 \sin 4M] \\
C &= (2 - \tfrac{3}{4}\gamma^2)\sin M - (\tfrac{5}{2}\gamma - \tfrac{11}{6}\gamma^3)\sin 2M + \tfrac{13}{4}\gamma^2 \sin 3M - \tfrac{103}{24}\gamma^3 \sin 4M \\
D &= \alpha[\gamma + (1 - \tfrac{9}{8}\gamma^2)\cos M - (\gamma - \tfrac{4}{3}\gamma^3)\cos 2M + \tfrac{9}{8}\gamma^2 \cos 3M - \tfrac{4}{3}\gamma^3 \cos 4M].
\end{aligned}$$

Substitutis hisce valoribus in aequatione (H), habebitur

$$\begin{aligned}
&-dl + dN[\alpha - (\alpha A + \beta C)] + T.dnt\,[\alpha - (\alpha A + \beta C)] - d\gamma[\alpha B - \beta D] \\
&\quad + dP\,[\alpha A + \beta C] + \alpha(p)\,\mu' = 0; \qquad \text{(J)}
\end{aligned}$$

Quantitates α et β in reductione longitudinis heliocentricae ad geocentricam facillime obtinentur; tabulae auxiliares modo dictae, cum argumento *anomaliae mediae*, sine ullo calculo dant valores A, B, C, D; inventis autem quantitatibus α, β, A, B, C, D, calculus totius aequationis conditionis tantummodo nititur formatione duorum membrorum $\alpha A + \beta C$, $\alpha B - \beta D$, ita ut horum evolutio numerica facillime ac brevissimo tempore absolvatur. Quas commemoravi tabulas auxiliares pro valoribus A, B, C, D, eas in hujus in-

troductionis fine typis exprimi curavi, quum futuris elementorum orbitae Mercurii disquisitionibus prodesse queant.

Quum per reductionem longitudinis heliocentricae ad geocentricam ope factoris $\alpha = \frac{r}{\Delta} \cos(\lambda - l)$ error heliocentricus saepissime valde imminuatur, atque eo ipso coefficientes dN, dnt, $d\gamma$, dP exigui fiant, adeoque cura nimis parva in differentia observatae atque calculatae longitudinis geocentricae ($= dl$) evolvenda quaesitas elementorum ellipticorum correctiones maximopere mutare queat: summa debebat in determinandis valoribus ipsius dl adhiberi diligentia. Quae ex observationum erroribus vitia emergi possunt in elementis ellipticis inde deducendis, per magnum earum ad calculum revocatarum numerum eliminata esse spero. Locorum vero heliocentricorum ex elementis petitorum ad geocentricos reductionem, omnis ut credo erroris expertem ut obtinerem contigit, cum de tabularum Solis ex observationibus correctione magnopere sollicitus fuerim.

Observationes Mercurii, quas ad scopum propositum ex diariis astronomicis virorum cl. Maskelyne et Piazzi collegi et reduxi, hae sunt:

Nr.	Annus et dies	Temp. med. Seeberg.	AR appar. ☿ observ.	Decl. appar. ☿ observ.	Nomen observ.
1	1775 Febr. 27	$1^h\ 51'\ 43,''1$	$354^\circ\ 22'\ 14,''2$	$-\ 2^\circ\ 17'\ 12,''0$	Maskelyne
2	– Decb. 11	23 12 40, 9	238 22 4, 8	− 18 29 27, 6	–
3	1776 Aug. 1	23 28 26, 1	112 57 28, 1	+ 20 30 19, 6	–
4	– Aug. 6	23 37 20, 4	120 7 6, 0	+ 20 31 39, 2	–
5	1777 Maj. 25	2 18 25, 4	87 19 19, 9	+ 25 26 24, 3	–
6	1777 Nov. 5	23 19 29, 6	205 5 56, 4	− 8 4 34, 9	–
7	1778 Aug. 18	2 6 58, 1	167 59 30, 3	+ 5 21 12, 7	–
8	– Aug. 20	2 9 41, 5	170 38 43, 9	+ 3 56 1, 2	–
9	– Aug. 24	2 13 54, 3	175 38 40, 2	+ 1 9 53, 1	–
10	1779 Febr. 5	23 10 43, 9	293 20 45, 2	− 20 49 20, 9	–
11	1779 Decb. 3	1 49 51, 3	268 55 40, 1	− 25 49 29, 5	–
12	1780 Maj. 28	23 9 18, 6	44 7 38, 1	+ 13 54 49, 4	–
13	– Jul. 11	2 10 42, 7	131 59 5, 1	+ 19 27 24, 9	–
14	– Jul. 25	2 33 41, 6	151 32 41, 2	+ 11 20 35, 4	–
15	– Jul. 29	2 34 8, 0	155 35 52, 3	+ 9 3 44, 0	–
16	1782 Jun. 14	2 21 13, 0	107 31 49, 8	+ 24 19 35, 8	–
17	– Jun. 22	2 34 6, 2	118 38 46, 1	+ 21 44 36, 0	–
18	– Jun. 23	2 34 39, 4	119 46 14, 7	+ 21 22 5, 8	–
19	– Jun. 24	2 34 57, 4	120 49 53, 7	+ 20 59 42, 2	–
20	– Oct. 24	1 58 40, 0	231 59 1, 1	− 21 56 42, 2	–
21	1783 Jul. 26	23 26 7, 7	105 47 4, 2	+ 21 10 1, 1	–
22	1784 Maj. 18	2 13 38, 9	79 31 54, 9	+ 25 18 57, 3	–
23	– Maj. 19	2 14 0, 1	80 36 21, 1	+ 25 17 34, 6	–
24	– Sept. 19	2 7 36, 0	200 14 10, 5	− 11 53 52, 2	–
25	1785 Jan. 10	2 9 45, 2	312 9 15, 6	− 18 6 50, 1	–

Nr.	Annus et Dies	Temp. med. Seeberg.	AR. appar. ☿ observ.	Decl. appar. ☿ observ.	Nomen observ.
26	1785 Jun. 21	23^h 11′ 12,″1	68° 3′ 5,″7	+ 19° 6′ 13,″4	MASKELYNE
27	– Aug. 28	2 20 25, 8	181 31 50, 7	— 3 5 52, 8	–
28	– Dec. 29	2 0 18, 4	297 43 15, 7	— 21 0 18, 0	–
29	1786 Apr. 12	1 55 35, 1	39 2 41, 5	+ 18 7 13, 0	–
30	– Sept. 20	23 31 58, 4	162 43 7, 2	+ 7 55 39, 7	–
31	1786 Sept. 26	23 33 35, 8	169 2 22, 6	+ 6 26 42, 4	–
32	1787 Mart. 21	1 51 26, 1	16 4 54, 7	+ 8 27 1, 4	–
33	– Maj. 18	23 4 57, 4	32 30 5, 2	+ 9 48 59, 4	–
34	– Aug. 1	2 24 26, 0	155 26 43, 5	+ 7 21 25, 4	–
35	1788 Mart. 11	1 54 59, 3	7 51 46, 5	+ 6 4 53, 4	–
36	1788 Jul. 4	2 37 14, 3	131 47 55, 5	+ 17 56 15, 2	–
37	1789 Febr. 20	2 2 24, 4	350 45 25, 8	— 2 35 39, 5	–
38	– Aug. 5	23 30 30, 7	117 16 53, 1	+ 20 13 46, 3	–
39	1791 Jun. 26	22 21 19, 7	73 23 39, 9	+ 19 2 28, 7	PIAZZI
40	– Jun. 27	22 20 40, 3	74 12 58, 8	+ 19 17 42, 7	–
41	1791 Jun. 28	22 20 20, 2	75 6 58, 3	+ 19 33 31, 7	–
42	– Jun. 28	23 13 48, 1	75 9 28, 2	+ 19 34 0, 7	MASKELYNE
43	– Jun. 29	22 20 21, 0	76 6 19, 3	+ 19 49 49, 0	PIAZZI
44	– Jun. 30	22 20 41, 8	77 10 24, 8	+ 20 6 56, 0	–
45	– Sept. 4	1 22 23, 3	186 47 33, 2	— 5 1 41, 1	–
46	1791 Sept. 5	1 22 20, 0	187 45 54, 2	— 5 36 8, 7	–
47	1792 Aug. 13	1 31 20, 0	168 6 15, 0	+ 4 12 23, 7	–
48	– Aug. 14	1 31 44, 3	169 11 3, 4	+ 3 34 25, 3	–
49	– Aug. 16	1 32 5, 5	171 14 17, 8	+ 2 20 33, 0	–
50	– Aug. 17	1 32 4, 1	172 13 17, 9	+ 1 44 34, 0	–
51	1792 Aug. 18	1 31 53, 0	173 9 48, 5	+ 1 9 31, 4	–
52	– Aug. 20	1 31 5, 7	174 56 10, 6	+ 0 1 55, 0	–
53	– Aug. 21	1 30 27, 5	175 45 54, 6	— 0 31 17, 0	–
54	– Aug. 23	1 29 1, 0	177 17 22, 0	— 1 31 22, 3	–
55	– Aug. 24	1 27 31, 0	177 57 58, 4	— 1 59 56, 0	–
56	1792 Aug. 25	1 26 9, 9	178 37 34, 8	— 2 27 12, 6	–
57	– Aug. 26	1 24 35, 7	179 13 17, 9	— 2 52 43, 3	–
58	– Decb. 11	1 9 38, 1	280 55 45, 6	— 25 12 20, 0	–
59	– Decb. 15	1 14 1, 9	285 59 1, 0	— 24 22 12, 5	–
60	1793 Apr. 7	1 53 19, 3	33 50 36, 6	+ 16 38 2, 0	MASKELYNE
61	1793 Jul. 19	1 28 2, 0	142 38 23, 8	+ 15 43 22, 0	PIAZZI
62	– Jul. 23	1 35 15, 9	148 8 44, 2	+ 13 17 48, 1	–
63	– Jul. 28	1 39 32, 9	154 6 19, 6	+ 10 16 51, 0	–
64	– Aug. 2	2 32 49, 3	159 3 58, 5	+ 7 23 12, 9	MASKELYNE
65	– Aug. 2	1 39 22, 3	159 2 17, 4	+ 7 24 56, 1	PIAZZI
66	1793 Aug. 3	1 39 50, 4	159 53 18, 3	+ 6 52 39, 0	–
67	– Aug. 4	1 38 8, 0	160 41 33, 0	+ 6 21 0, 0	–
68	– Aug. 5	1 37 13, 0	161 27 1, 3	+ 5 50 35, 0	–
69	– Aug. 6	1 36 7, 0	162 9 30, 0	+ 5 20 58, 0	–
70	1794 Maj. 19	1 55 23, 5	15 23 42, 0	+ 9 4 3, 8	MASKELYNE
71	1794 Jul. 22	2 30 26, 8	147 23 19, 6	+ 11 6 41, 8	–
72	– Aug. 27	23 34 35, 2	139 46 19, 5	+ 14 50 8, 9	–
73	– Novb. 9	1 58 26, 2	247 47 3, 5	— 24 36 37, 1	–
74	1795 Aug. 12	23 31 23, 2	123 56 42, 6	+ 18 33 37, 0	–
75	– Oct. 22	1 58 8, 1	229 43 40, 6	— 21 11 42, 7	–

Nr.	Annus et dies			Temp. med. Seeberg.			AR. appar. ☿ observ.			Decl. appar. ☿ observ.			Nomen observ.
76	1795	Oct.	23	1h	58′	34,″0	230°	49′	18,″7	— 21°	30′	55,″5	MASKELYNE
77	1796	Jul.	29	23	28	32, 4	110	10	45, 3	+ 21	3	28, 3	–
78	–	Oct.	10	1	59	55, 8	219	5	48, 9	— 18	37	34, 0	–
79	1797	Maj.	23	2	16	3, 8	84	54	41, 6	+ 25	16	4, 8	–
80		Jul.	13	23	22	25, 0	92	38	5, 4	— 21	45	43, 0	–
81	1797	Sept.	21	2	7	27, 8	202	1	9, 0	— 12	30	22, 6	–
82	1798	Febr.	19	23	11	14, 5	307	39	42, 0	— 18	48	12, 2	–
83	–	Febr.	24	23	14	3, 6	313	17	47, 2	— 18	12	3, 8	–
84	–	Aug.	30	2	19	26, 5	183	5	58, 2	— 3	41	6, 7	–
85	–	Aug.	31	1	18	57, 2	183	57	45, 5	— 4	13	24, 9	–
86	1801	Apr.	27	23	3	27, 6	11	2	12, 7	+ 1	39	50, 7	–
87	–	Aug.	22	23	33	7, 6	133	47	52, 6	+ 16	34	52, 7	–
88	–	Aug.	24	23	33	22, 3	135	49	39, 0	+ 16	33	54, 6	–
89	1802	Apr.	12	23	6	42, 5	356	49	45, 0	— 4	0	23, 9	–
90	–	Jun.	21	2	33	16, 8	116	37	24, 0	+ 21	50	52, 5	–
91	1802	Aug.	7	23	29	40, 6	117	54	29, 4	+ 19	45	19, 0	–
92	–	Oct.	15	1	59	23, 9	222	27	51, 6	— 19	12	9, 0	–
